

An genanntem Ort und in Anwesenheit der Kanoniker und Vikare von St. Florin einerseits und des Fredericus de Nassteden, Kanonikers an St. Florin und Rektors der Pfarrkirche Liebfrauen in Koblenz, andererseits hat der Dekan von St. Florin, Nicolaus de Cuſa, decr. doct., dargelegt: quod iam dudum orta foret aliqualis discordia inter prefatos dominos canonicos, capitulum et vicarios et prefatum dominum Fredericum  
 5 ex eo, quia dictus dominus Fredericus pretendebat sibi presencias tam canonicas quam communes deberi dum deserviret, quoniam canonicus foret, non obstante quod in ecclesia parrochiali beate Marie virginis et in domo dotis eius pro nunc Confluencie resideret, capitulo, canonicis et vicariis contradicentibus, quoniam solum residenti in ecclesia sancti Florini presencie de iure dum deserviret distribui debere dixerunt; quare restiterunt et aliquamdiu eidem domino Frederico de iure vel alias  
 10 petenti denegarunt. *NvK versicherte*: istam controversiam sibi tam per capitulum quam vicarios ac dominum Fredericum prefatos commissam, ut iuxta iuris equitatem, an eidem de iure deberentur, decerneret et post hoc, quidquid eidem venerabili domino decano pro sedanda discordia inter ipsas partes visum fuerit, amicabilem ordinaret. *Als die Anwesenden diese Darlegung billigten und sich seinem Urteil zu unterwerfen versprochen, gab NvK schriftlich kund*: quod huiusmodi presencie tam canonicas quam communes non debentur de iure et consuetudine ecclesie sancti Florini nisi canonico vel vicario in eadem  
 15 ecclesia residenti et qui in eadem pro residenti habetur, dum et quando talis canonicus aut vicarius deserviverit. Residere autem in diversis ecclesiis simul et semel, maxime in ecclesia sancti Florini et beate Marie virginis, que nichil commune habet cum eadem, nullus posset nec de iure nec consuetudine prefate ecclesie sancti Florini. *Daber verkündete er*: prefato honorabili domino Frederico pro nunc  
 20 in ecclesia parrochiali prefata residenti de iure presencias tam canonicas quam communes non deberi. *Er fügte aber an*: quoniam idem dominus Fredericus iam dudum multum ad ecclesiam sancti Florini affectus, in qua deo iam longo tempore servivit, et sperandum esset, quod eandem ecclesiam non desereret, quod eidem ob venerandum senium et alias plurimas causas subtracto quoad personam suam iuris rigore — premissa protestacione quod sibi nichil deberet de presenciis, quamdiu non re-  
 25 sideret — gracia suis meritis exigentibus facienda esset. Unde . . . sue intencionis esse, quod talis gracia eidem fieret, scilicet quod sibi salvis premissis tam canonicas quam communes presencie offerrentur, quandocumque deserviret in ecclesia sancti Florini. *Er erklärte*: quod <per> hanc gratiam nullus successorum prefati domini Frederici in Confluencia nullo umquam tempore trahi possent vel debent in preiudicium consuetudinis, iuris aut statutorum sancti Florini ecclesie. *Beide Parteien nahmen den*  
 30 *Spruch daraufhin an*. Fredericus, die Kanoniker — Magister Symon de Bopardia, Lizentiat beider Rechte, Iohannes de Indagine, Iacobus de Tuicio, Martinus de Pellencz, Petrus de Hachinberg, Petrus de Metis, Petrus de Seel — und die Vikare — Nicolaus Barbitonsoris, Kantor an St. Florin, Arnoldus de Nassauwe, Gobelinus Speck, Iohannes Waltheri, Iohannes Scheczzer, Iohannes Sartoris de Dūdenhoben, Iohannes Soren de Cardono, Heinricus Gebuyt — baten darauf um Instrumentierung. *Zeugen*: Ma-  
 35 gister Helwicus de Bopardia, decretorum doctor, *Offizial der Koblenzer Kurie*, und Iohannes Forcicis de Nerenberg, *Kanoniker an St. Simeon in Trier*.

<1433> Januar 19, Florenz.

Nr. 157

Ambrosius <Traversari><sup>1)</sup> an Iulianus (Cesarini) Kardinal von St. Angelus. Über Handschriftenmitteilungen des NvK.

Kop. (15. Jh.): CASALE MONFERRATO, *Bibl. del seminario*, Ms. b 20 f. 123<sup>r</sup>–124<sup>r</sup>.

Druck: Sabbadini, *Niccolò da Cusa* 16–19.

Teildruck: Sabbadini, *Scoperte II* 19f.

Erw.: Sabbadini, *Niccolò da Cusa* 28–35; Sabbadini, *Scoperte II* 20f.; Vansteenberghe 21f.; Meuthen, *Trierer Schisma* 124f.

Er mahnt ihn zur Standhaftigkeit im Ringen um die Einbeit der Kirche und berichtet über den Besuch einiger Freunde: Heri, cum ad me visitationis causa convenissent plurimi civitatis nostre studiosi, tui amantissimi ac deditissimi tibi, et in primis Nicolaus noster iocundissimus<sup>2)</sup>, Carolus Aretinus<sup>3)</sup> et Iohannes Pratenis<sup>4)</sup>, qui nuperrime a vobis rediit, alique nonnulli, ortus est sermo de libris atque litteris.  
 5 Tum Iohannes ipse retulit, priusquam proficisceretur vidisse illustrem virum Nicolaum Treuerensem, cum volumina quedam humanissimo viro archiepiscopo Mediolanensi nostro amantissimo<sup>5)</sup> ostenderet, atque inter cetera codicem ingentem eximie vetustatis notavisse, qui plurima et versu et prosa oratione contineret, solumque Aratum sive a Cicerone sive a Germanico Cesare traductum ex titulo

congnovisse<sup>6</sup>); ceterum animo ad reditum intento neglexisse cetera indagare sollertius. Hoc ipsum tamen volumen modo penes te esse, neque ipsum solum, verum et aliud ingens et egregium, in quo cuncta Ciceronis opera preter epistolas continerentur.<sup>7</sup>) Omnibus incredibile existimantibus, cum vel orationes eius sole et de philosophia libri seorsum et de oratoria itidem tres et quidem pergrandes codices implerent, ille sic a Lutio Romano<sup>8</sup>) adolescente exercito et prompto se accepisse memoravit. Adiecit insuper Nicolaum Treuerensem alia quoque volumina se allaturum promississe. Te oro, pater optime atque humanissime, quoniam magna expectatione ille suspendit animos nostros, qui, quantum hisce studiis sint dediti, minime ignoras, indicem omnium librorum, qui in duobus illis voluminibus habentur, diligentissime confectum mittas ad nos. Nosti aviditatem omnium et Nicolai presertim nostri, qui neque inter occupationes perpetuas, ut aliquid sacrum ex Greco transferam, exigere umquam desistit mecumque fert molestissime huiusce onus iniunctum michi. Erit hoc omnibus profecto gratissimum. — *Übersendung verschiedener Grüße.* 20

4 Pratisensis: Paratensis 7 qui: quam 8 ex: et 9 animo: animum 13 exercito: excito.

<sup>1</sup>) *Traversari stand von Florenz aus mit den Handschriftenentdeckern in Deutschland in Korrespondenz. 1431 gab er Parentucelli und Lucio von Spoleto (s.u.) ein Verzeichnis der Handschriften, die sie suchen sollten. 1433 erwartete er die von Parentucelli und Aurispa entdeckten Werke. Erst 1435, als auch er zum Konzil ging, suchte er persönlich in Deutschland nach.*

<sup>2</sup>) Niccolò Niccoli.

<sup>3</sup>) Carlo Marsuppini.

<sup>4</sup>) *Johannes von Prato genannt Ceparelli, doct. iur. can., seit 1425 scriptor apostolicus, überbrachte dem Konzil die Auflösungsbulle und saß Mai-September 1432 in Basel im Gefängnis. Neben ihm gab es noch einen oder zwei andere Träger des Namens Johannes von Prato; vgl. dazu Sabbadini, Niccolò da Cusa 27–29.*

<sup>5</sup>) *Bartolomeo de la Capra. Auch er war eifrig als Handschriftenforscher tätig; Sabbadini, Niccolò da Cusa 31.*

<sup>6</sup>) *Heute Cod. Bruxell. 10615–729; Vansteenberghe 22. Vgl. die Beschreibung bei P. Thomas, Catalogue des manuscrits de classiques latins de la bibliothèque royale de Bruxelles, Gent 1896, 65–74. Ferner K. Manitius, Eine Gruppe von Handschriften des 12. Jhs. aus dem Trierer Kloster St. Eucharius–Matthias, in: Forschungen und Fortschritte 29 (1955) 318 Anm. 6. Eine in Basel hergestellte Abschrift daraus ist Cod. Marcian. Venet. XII 69.*

<sup>7</sup>) *Wahrscheinlich handelt es sich um den gleichen Cicero-Kodex, von dem schon in einem Briefe Poggios 1429 II 26 (s.o. Nr. 66) die Rede war.*

<sup>8</sup>) *Lucio von Spoleto, Sekretär Cesarinis, den er 1431 nach Deutschland begleitete. Er war der eigentliche Handschriftenentdecker für den Kardinal.*

**1433 Januar 20, Köln.**

**Nr. 158**

*Hg. Adolf von Kleve an Pfalzgraf Wilhelm über die Gesandtschaft des NvK.*

*Or., Pap.: MÜNCHEN, HStA, Geheim. Hausarchiv, Akt 543 Bl. 121a.*

*In Beantwortung von Post des Konzils und des Pfalzgrafen wegen der Heirat<sup>1</sup>) weist Adolf mehrmals auf seinen früheren Brief an Wilhelm hin, den er meister Nicolaus Cuse deken toe Caelens (meister Niclaes deken etc., meister Claes bezw. meister Nicolaus) mitgegeben habe.<sup>2</sup>)*

<sup>1</sup>) S.o. Nr. 151 und 152.

<sup>2</sup>) S.o. Nr. 148 und 151.

**1433 Januar 30, Basel.**

**Nr. 159**

*Konzilsprotokoll. NvK als Konzilsgesandter zum Herzog von Kleve.*

*Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 f. 112<sup>r</sup>; ROM, Bibl. Vat., Reg. 1017 f. 223<sup>v</sup> (zu den Hss. s.o. zu Nr. 102).*

*Druck: CB II 330.*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 150.*